UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiæ

In Qvinqve Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

S. Benedictus Episcopus, Poloni[a]e Apostolus, & martyr. cap. XLIIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38397

Visual Library

S. BENEDICTVS

Epiſcopus, Poloniæ Apoſtolus, & Martyr.

qui

Annunciauit inter gentes gloriā Dei. Pſ. 95. C. XLIIII.

HVIC non abſimilis alius ei proximus S. Benedictus, qui ex monacho S. Alexij Romæ, ad Gentium conuerſionem Epiſcopus Regionalis, ſiue Titularis conſtitutus, eiuſdem S. Adalberti in Dominica meſſe egregius coadiutor extitit. Eam enim quam ipſe in Polonia fidem plantauerat, hanc ſuis continuis prædicationibus irrigando, ad maturitatē perduxit, & quoad potuit nouellæ huic plantationi diligenter operam ſuam impendit, unde, & Poloniæ dici, & eſſe Apoſtolus poſt S. Adalbertum, meruit: cuius rei cauſa regni illius Arma, Aquilam uidelicet argenteam, in aere roſeo volitantem, laboris ſui præmium geſtat. Martyrio tandem coronatur anno 1005. die 12. Nouembris, cum quattuor ſocijs Monachis. *Io. Dubrauius lib. 6. & alij ſupracitati.*

S. BONIFACIVS EPISCOPVS:

Hunnorum, Slauorum, & Ruſſorum. Apoſtolus, & Martyr.

per eum

Alluxerunt fulgura Dei Orbi terræ. Pſalm. 96. Cap. XLV.

EODEM quoq; tempore ad maturitatem perductus eſt fructus Benedicto propinquus, Sanctus videlicet Bonifacius, qui cum Ottonis Imperatoris conſanguineus eſſet, Monachus S. Alexij Romę factus eſt. Ex quo poſtmodum à Pont. Rom. eductus, & Archiepiſ. j. Boſnenſis conſecratus, in Ruſſiam, Slauorum prouinciam, ad prædicandum Euangelium miſſus, Regem cum omni populo, patrato prius inſigni miraculo, nam ignem accenſum fidei cauſa intrans ex eodē illæſus exiuerat, baptizauit; ſed